

Fol. LXXXVIII

gantur. Vale decus Vniuersitatis tuæ: & me tibi de-
dicissimum ama. Ex Argentina ad decimum kl. Apri-
lis. Anno a natiuitate Saluatoris. M. cccc. lxxxx.

Cupit scire: si Bulla visa sit: qua pecuniarum
vſus Fratribus Minorꝝ indulget.

Petrus Schottus Religionis diui Francisci diligentissi-
mo obseruatori: fratri Iohanni de Laudenburgo: in
Magunciaco litteris sacris vacanti: maiori sibi pluri-
mum caro. Salutem. D. P. Q. ueris a me: Theologi-
calis questio dici debeat: an Theologalis: siquidem
concertatio sit inter scolasticos: vtrum eorum bona la-
tinitate proferatur. In quo: si quod sententiam scribere
debebo: asseuerabo neutrum latinam esse
neq; si dixeris questionem Theologicam: id qd mihi
magis idonee dici posse videtur: latine potius q; græ-
ce locutus fuisse iuste putaberis. Tamen si em inflexio
latina sit: cetera tamen omnia a Græcis ad nos transie-
runt: origo dico: compositio: & denominatio voca-
buli. Nimirum absre nequa q; fuerit non in alis: sed in
icis: quod Græcorum est denominatiuū: a Theolo-
go deduci. Possem adducere nonnulla: sed vrget me
desiderium sciscitandi a te: num aliquando tibi Con-
radus Bondorffer: Lector apud nos Minorū: vir pro-
fecto doctus: ediderit mōstraueritve Rescriptū Apo-
stolicum bullatum: in quo eis Argenti pecunieq; con-
trectatio: vſusq; indulgeatur. Equidem audiui te vna
cum plerisq; obseruacionis vestræ Fratribus nomina-
ri: quibus id mōstratū esset. Id ut a te perscrutarer: ef-
foecit noua quedam disceptatio: que a Patribus ordi-
num Ciuitatis nostræ: aduersus Mgrm Iohannē Rot-
virum doctū & bonum: tibiq; singulari amicitia iun-
ctum: comota fuit. Nam cum is depingi iusserit in ec-
clesia Argentinēsi: velut Pythagoricum illud Ypsylon
vias vitæ q; artam / quæ ad vitam: & laram / quæ in

p ij